

enim Collectionibus Dissertationes videmus congestas de argumentis rarioribus, easdemque accurate & solide elaboratas. Alias *Dissertationum Selectarum Collectiones in Bibliotheca Iuris Publici* enumerabimus.

## CAPVT NONVM

De

SCRIPTORIBVS QVI REGV-  
LAS, LOGICAS, ANTIQVITATES  
ET LEXICA IVRIS SCRIPSE-  
RVNT.

§. I.

*Scriptores* **P**ergimus ad eos, qui Regulas, Fallentias  
*Regula-* & Sententias Iuris scripserunt, vel con-  
*rum* & quisiuerunt. Quales quidem Scriptores va-  
*Fallentia-* rios coniunctim habemus editos *Venetis 1592.*  
*rum Iuris. fol.* & *Lugduni 1579. f.* Separatim extant  
PETRI CORNELII BREDERODII *reperitorium*  
*sententiarum & regularum Iuris, Francofurti*  
*1664. 4.* DYNVS MVXELLANVS *ad regulas iu-*  
*ris, cum notis Boërii, Sarainæ atque aliorum,*  
*Coloniae 1607. 8.* IOA. BAPTISTAE NICOLAI *regula*  
*cum suis fallentiis, Francofurti 1586. f.* CHRISTOPHO-RI COLERI *sententiæ ex utroque Iure denuo collectæ &*  
*in ordinem Alphabeti adfabre dispositæ, prodierunt*  
*Argentorati 1595. 3.* BARTHOLOMÆI SOCINI *regula*  
*& fallentiæ Iuris, Coloniae 1663. 8.* CHRISTOPHORI  
STVRCHII *regulæ Iuris emendatius editæ Helmstadii*  
1658.